

Semen est verbum Dei. Qui áutem secus viam, hi sunt qui áudiunt: deínde venit diábolus, et tollit verbum de corde eórum, ne credéntes salvi fiant. Nam qui supra petram: qui cum audierint, cum gáudio suscípiunt verbum: et hi radíces non habent: qui ad tempus crédunt, et in témpore tentatiónis recédunt. Quod áutem in spinas cécidit: hi sunt, qui audierunt, et a sollicitudínibus, et divítiis, et voluptátibus vitæ eúntes, suffocántur, et non réferrunt fructum. Quod áutem in bona terram: hi sunt, qui in corde bono et óptimo audiéntes verbum rétinent, et fructum áfferunt in patíentia.

Offertorium (Ps. 16,5-7)

Pérfice gressus meos in sémitis tuis, ut non moveántur vestígia mea: inclína áurem tuam, et exáudi verba mea: mirífica misericórdias tuas, qui salvos facis sperántes in te, Dómine.

Secreta

Oblátum tibi, Dómine, sacrificium, vivíficet nos semper, et múniat. Per Dóminum nostrum...

Communio (Ps. 42,4)

Introibo ad altáre Dei, ad Deum qui lætíficat iuventútem meam.

Postcommunio

Súpplíces te rogámus, omnípotens Deus: ut quos tuis réficis sacraméntis, tibi étiam plácitis móribus dignánter deservíre concédas. Per Dóminum...

go la strada sono coloro che l'hanno ascoltata, ma poi viene il diavolo e porta via la parola dai loro cuori, perché non credano e così siano salvati. Quelli sulla pietra sono coloro che, quando ascoltano, accolgono con gioia la parola, ma non hanno radice; credono per un certo tempo, ma nell'ora della tentazione vengano meno. Il seme caduto in mezzo alle spine sono coloro che, dopo aver ascoltato, strada facendo si lasciano sopraffare dalle preoccupazioni, dalla ricchezza e dai piaceri della vita e non giungono a maturazione. Il seme caduto sulla terra buona sono coloro che, dopo aver ascoltato la parola con cuore buono e perfetto, la custodiscono e producono frutto con la loro perseveranza.

Offertorio

Rendi fermi i miei passi nei tuoi sentieri, affinché i miei piedi non vacillino. Inclina l'orecchio verso di me, e ascolta le mie parole. Fa risplendere la tua misericordia, tu che salvi chi spera in Te, o Signore.

Orazione sulle offerte

Il sacrificio a Te offerto, o Signore, sempre ci vivifichi e custodisca. Per il nostro Signore...

Ant. alla Comunione

Mi accosterò all'altare di Dio, a Dio che allietta la mia giovinezza.

Orazione

Ti supplichiamo, o Dio onnipotente, affinché quelli che nutri coi tuoi sacramenti, Ti servano degnamente con una condotta a Te gradita. Per il nostro Signore...

Dominica in Sexagesima

Introitus (Ps. 43,23-26)

Exsúrge, quare obdórmis, Dómine? Exsúrge, et ne repéllas in finem. Quare fáciem tuam avértis, oblivísceris tribulatiónem nostram? Adhæsit in terra venter noster: exsúrge, Dómine, ádiuva nos, et líbera nos. Ps. 43, 2. Deus, áuribus nostris audívimus: patres nostri annuntiáverunt nobis. V. Glória Patri...

Oratio

Deus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra actióne confídimus: concede propítius; ut contra adversa ómnia, Dóctoris géntium protectióne muniámur. Per Dóminum nostrum...

Léctio Epístolæ B. Pauli Ap. ad Corínthios, II 11,19-33; 12,1-9

Fratres: Libénter suffértis insipiéntes: cum sítis ipsi sapiéntes. Sustinéteis enim si quis vos in servitútem rédigat, si quis dévorat, si quis áccipit, si quis extóllitur, si quis in fáciem vos cædit. Secundum ignobilitátem dico, quasi nos infírmi fuérimus in hac parte. In quo quis áudet (in insipiéntia dico) áudeo et ego: Hebræi sunt, et ego: Israëlitæ sunt, et ego: Semen Abrahæ sunt, et ego: Ministri Christi sunt (ut minus sapiens dico) plus ego: in labóribus plúrimis, in cárceribus abundántius, in plagis supra modum, in mórtibus frequénter. A Iudæis quínquies quadragénas, una minus, accépi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidátus sum, ter naufrágium feci, nocte et die in profúndo maris fui: in itinéribus sæpe, pe-

Introito

Risvegliati, perché dormi, o Signore? Destati, e non rigettarci per sempre. Perché nascondi il tuo volto dimentico della nostra tribolazione? Giace a terra il nostro corpo: sorgi in nostro aiuto, o Signore, e liberaci. Sal. O Dio, lo udimmo coi nostri orecchi: ce lo hanno raccontato i nostri padri. V. Gloria al Padre...

Orazione

O Dio, che vedi come noi non confidiamo in alcuna opera nostra, concedici propizio d'esser difesi da ogni avversità, per intercessione del Dottore delle genti. Per nostro Signore...

Lettera di S. Paolo Ap. ai Corinzi

Fratelli: voi, che pur siete saggi, sopportate facilmente gli stolti. In realtà sopportate chi vi riduce in servitù, chi vi divora, chi vi sfrutta, chi è arrogante, chi vi colpisce in faccia. Lo dico con vergogna; come siamo stati deboli! Però in quello in cui qualcuno osa vantarsi, lo dico da stolto, oso vantarmi anch'io. Sono Ebrei? Anch'io! Sono Israeliti? Anch'io! Sono stirpe di Abramo? Anch'io! Sono ministri di Cristo? Sto per dire una pazzia, io lo sono più di loro: molto di più nelle fatiche, molto di più nelle prigioni, infinitamente di più nelle percosse, spesso in pericolo di morte. Cinque volte dai Giudei ho ricevuto i trentanove colpi; tre volte sono stato battuto con le verghe, una volta sono stato lapidato, tre volte ho fatto naufragio, ho trascorso un giorno e una notte in balia delle onde. Viaggi innumere-

riculis flúminum, periculis latrónum, periculis ex gènere, periculis ex géntibus, periculis in civitáte, periculis in solitúdone, periculis in mari, periculis in falsis frátribus: in labóre et aérúmna, in vigíliis multis, in fame et siti, in ieiúniis multis, in frígore et nuditáte: præter illa quæ extrínsecus sunt, instántia mea quotidiána, sollicitúdo ómnium Ecclesiárum. Quis infirmá-tur, et ego non infirmor? quis scandalizátur, et ego non uror? Si gloriári opórtet: quæ infirmitátis meæ sunt, gloriábor. Deus et Pater Dómini nostri Iesu Christi, qui est benedíctus in saécula, scit quod non méntior. Damásci præpósitus gentis Arétæ regis, custodiébat civitátem Damascenórum, ut me comprehénderet: et per fenéstram in sporta dimíssus sum per murum, et sic effúgi manus eius. Si gloriári opórtet (non expedit quidem) veniam áutem ad visiónes, et revelatiónes Dómini. Scio hómínem in Christo ante annos quatuórdecim sive in córpore néscio, sive extra córpus néscio, Deus scit, raptum huiúsmodi usque ad tértium cælum. Et scio huiúsmodi hómínem, sive in córpore, sive extra córpus néscio, Deus scit: quóniam raptus est in paradísum: et audívit arcána verba, quæ non licet hómíni loqui. Pro huiúsmodi gloriábor: pro me áutem nihil gloriábor, nisi in infirmitátibus meis. Nam, et si volúero gloriári, non ero insípiens: veritátem enim dicam: parco áutem, ne quis me exístimet supra id quod videt in me, aut áliquíd áudit ex me. Et ne magnitúdo revelatiónum extóllat me, datus est mihi stímulus carnis meæ, ángelus sátanæ, qui me colaphízet. Propter quod ter

voli, pericoli di fiumi, pericoli di briganti, pericoli dai miei connazionali, pericoli dai pagani, pericoli nella città, pericoli nel deserto, pericoli sul mare, pericoli da parte di falsi fratelli; fatica e travaglio, veglie senza numero, fame e sete, frequenti digiuni, freddo e nudità. E oltre a tutto questo, il mio assillo quotidiano, la preoccupazione per tutte le Chiese. Chi è debole, che anch'io non lo sia? Chi riceve scandalo, che io non ne frema? Se è necessario vantarsi, mi vanterò di quanto si riferisce alla mia debolezza. Dio e Padre del Signore Gesù, lui che è benedetto nei secoli, sa che non mentisco. A Damasco, il governatore del re Areta montava la guardia alla città dei Damasceni per catturarmi, ma da una finestra fui calato per il muro in una cesta e così sfuggii dalle sue mani. Bisogna vantarsi? Ma ciò non conviene! Pur tuttavia verrò alle visioni e alle rivelazioni del Signore. Conosco un uomo in Cristo che, quattordici anni fa – se con il corpo o fuori del corpo non lo so, lo sa Dio – fu rapito fino al terzo cielo. E so che quest'uomo – se con il corpo o senza corpo non lo so, lo sa Dio – fu rapito in Paradiso e udì parole indicibili che non è lecito ad alcuno pronunziare. Di lui io mi vanterò! Di me stesso invece non mi vanterò fuorché delle mie debolezze. Certo, se volessi vantarmi, non sarei insensato, perché direi solo la verità; ma evito di farlo, perché nessuno mi giudichi di più di quello che vede o sente da me. Perché non montassi in superbia per la grandezza delle rivelazioni, mi è stata messa una spina nella carne, un inviato di satana incaricato di schiaffeggiarmi, perché io non vada in superbia. A causa di questo per ben tre volte ho pregato il

Dóminum rogávi, ut discéderet a me: et díxit mihi: Súfficit tibi grátia mea: nam virtus in infirmitáte perfícitur. Libénter ígitur gloriábor in infirmitátibus meis, ut inhábitet in me virtus Christi.

Graduale (Ps. 82,19 et 14)

Sciánt gentes, quóniam nomen tibi Deus: tu solus Altíssimus super ómnem terram. *V.* Deus meus, pone illos ut rotam, et sicut stípulam ante fáciem venti.

Tractus (Ps. 59,4-6)

Commovísti, Dómine, terram, et conturbásti eam. *V.* Sana contritiónes eius, quia mota est. *V.* Ut fugiant a fácie arcus: ut liberéntur elécti tui.

Sequéntia S. Evangélii secundum Lucam, 8, 4-15

In illo témpore: Cum turba plúrima convenírent, et de civitátibus properárent ad Iesum, díxit per similitúdinem: Éxiit, qui séminat, semináre semen suum: et dum séminat, áliud cécidit secus viam, et conculcátum est, et vólucres cæli comedérunt illud. Et áliud cécidit supra petram: et natum áruit, quia non habébat humórem. Et áliud cécidit inter spinas, et simul exórtæ spinæ suffocavérunt illud. Et áliud cécidit in terram bonam: et ortum fecit fructum céntuplum. Hæc dicens clamábat: Qui habet áures audiénti, áudiat. Interrogábant áutem eum discípuli eius, quæ esset hæc parabola. Quíbus ipse díxit: Vobis datum est nosse mystérium regni Dei, céteris áutem in parábolis: ut vidéntes non vídeant, et audiéntes non intélligant. Est áutem hæc parabola:

Signore che l'allontanasse da me. Ed egli mi ha detto: "Ti basta la mia grazia; la mia potenza infatti si manifesta pienamente nella debolezza". Mi vanterò quindi ben volentieri delle mie debolezze, perché dimori in me la potenza di Cristo.

Graduale

Riconoscano le genti, o Dio, che tu solo sei l'Altissimo, sovrano di tutta la terra. *V.* Dio mio, riducili come grumolo rotante e paglia travolta dal vento.

Tratto

Hai scosso la terra, o Signore, l'hai sconvolta. *V.* Risana le sue ferite, perché minaccia rovina. *V.* Affinché sfuggano al tiro dell'arco e siano liberati i tuoi eletti.

Dal Vangelo secondo Luca

In quel tempo: poiché una gran folla si radunava, e accorreva a lui gente da ogni città, Gesù disse una parabola: "Il seminatore uscì a seminare la sua semente. Mentre seminava, parte cadde lungo la strada e fu calpestata, e gli uccelli del cielo la divorarono. Un'altra parte cadde sulla pietra e appena germogliata inaridì per mancanza di umidità. Un'altra cadde in mezzo alle spine e le spine, cresciute insieme con essa, la soffocarono. Un'altra cadde sulla terra buona, germogliò e fruttò cento volte tanto". Detto questo, esclamò: "Chi ha orecchi per intendere, intenda!". I suoi discepoli lo interrogarono sul significato della parabola. Ed egli disse: "A voi è dato conoscere i misteri del regno di Dio, ma agli altri solo in parabole, perché vedendo non vedano e udendo non intendano. Il significato della parabola è questo: Il seme è la parola di Dio. I semi caduti lun-